

pectore tuo Christum conatur occidere. Ecce donativum, quod militaturus acceperas, hostilia castra suspirant. Licet parvulus ex collo pendeat nepos, licet sparsa crine, et scissis vestibus ubera, quibus te nutrierat<sup>1</sup>, mater ostendat; licet in limine pater jaceat, per calcatum perge patrem<sup>2</sup>, siccis oculis ad vexillum Crucis evola<sup>3</sup>. Solum pietatis genus est in hanc re esse crudellem. Veniet, veniet postea dies ille, quo victor revertaris in patriam, quo per Hierosolymam caelestem vir fortis coronatus incedas<sup>4</sup>. Tunc municipatum cum Paulo capies<sup>5</sup>, tunc et parentibus tuis ejusdem civitatis jus petes; tunc et pro me rogabis, qui te ut vinceres incitavi. Neque verò nescio<sup>6</sup>, quã te dicas nunc compede praepe-  
diri<sup>7</sup>. Non est nobis ferreum pectus, nec dura praecordia. Non est silice natos Hyrcaniae nutrire tigrides. Et nos<sup>8</sup> per ista transivimus. Nunc tibi blandis vidua soror haeret lacertis<sup>9</sup>; nunc illi, cum quibus adolevisti, vernulae ajunt: „Cui nos servituros relin-

1. *Nutrierat*, contracción de *nutriverat*. (*Nutrire* en su significación recta, es criar á los pechos, de donde *nutrices* los pechos mismos y *nutrix* la nodriza.)

2. *Perge per patrem calcatum*, pasa por encima de tu padre.

3. *Evola ad vexillum Crucis*, sigue volando el estandarte de la cruz. (Los verbos *evolare*, *advolare*, se usan hiperbólicamente para encarecer la rapidez del movimiento. Cuando no llevan complemento, el primero significa *ir*, *salir*, y el segundo *venir volando*. Ven volando, *advola*: sal, vete volando, *evola*.)

4. *Incedas coronatus*, te pasees coronado.

5. *Capies municipatum*, conseguirás el fuero de ciudadano. (Pudo decir *accipies* en vez de *capies*. Hay la diferencia entre estos dos verbos de que la acción del primero supone buena voluntad: la del segundo buena ó mala. Decimos bien *cepi voluptatem* ó *accepi voluptatem*: *capio indignationem*, pero no *accipio*.)

6. *Neque verò nescio*, y no se me oculta, bien sé. (Dos negaciones se destruyen, mientras en castellano niegan con más fuerza.)

7. *Præpediri*. (Este verbo está empleado aquí en sentido metafórico y con mucha propiedad con relación al complemento *compe-  
pedi*. *Præpediri* es en rigor estar cogido, trabado, preso por los pies, como lo indica su etimología misma.)

8. *Et nos*, yo también. (*Et*, contracción de *etiam*.)

9. *Haeret tibi blandis lacertis*, te estrecha cariñosa entre sus brazos. (*Lacertus* es la parte musculosa del brazo desde el hombro hasta el codo. Agréguese á esta idea la del verbo *haerere*, estar pegado, unido; y la del epíteto *blandis* aplicado á *lacertis*, y se comprenderá la valentía de esa frase.)

quis? Nunc et gerula quondam<sup>1</sup>, jam anus, et nutricius, secundus post naturalem pietatem pater, clamitat<sup>2</sup>: „Morituros exspecta „paulispert, et sepeli.„ Forsitan et laxis uberum pellibus<sup>3</sup> mater, arata rugis fronte, antiquum referens mammae lallare congeminet<sup>4</sup>. Dicant, si volunt, et Grammatici: In te omnis domus inclinata recumbit. Facile rumpit vincula et amor Dei, et gehennae timor. At contra, Scriptura praecipit parentibus obsequendum; sed quicumque eos supra Christum amat, perdit animam suam. Gladium tenet hostis, ut me perimat: ¿et ego de matris lacrymis cogitabo? ¿Propter patrem militiam Christi deseram, cui sepulturam Christi causã non debeo, quam etiam omnibus ejus causã debeo? Domino passuro timide Petrus consulens, scandalum fuit. Paulus retinentibus se fratribus, ne Hierosolymam pergere, respondit: „Quid facitis plorantes, et conturbantes cor meum? Ego enim non solum ligari, sed et mori in Jerusalem paratus sum pro nomine Domini Jesu Christi. Aries iste<sup>5</sup> pietatis, quo fides quatitur, Evangelii retundendus est muro. Mater mea, et fratres mei hi sunt, quicumque faciunt voluntatem Patris mei, qui in caelis est. Si credunt in Christum, faveant mihi pro ejus nomine pugnaturo. Si non credunt, mortui sepeliant mortuos suos.„ Sed hoc ais in martyrio. Erras, frater, erras, si putas unquam christianum persequitionem non pati. Tunc maxime<sup>6</sup> oppugnaris, si te oppug-

1. *Gerula quondam*, tu niñera en otro tiempo. (Así dicho de *gerere*, llevar.)

2. *Clamitat*, no cesa de gritarte. (Verbo frecuentativo de *Clamo*, as. Nótese las expresiones de ternura que emplea el Santo para reconvenir irónicamente á su amigo y obligarle á que se venza: *vidua soror*, *blandis*, *lacertis*, *adolevisti*, *vernula*, *gerula*, *nutricius*, *clamitat*, etc.)

3. *Laxis pellibus uberum*, con los pechos flojos, descarnados.

4. *Congeminet antiquum lallare referens mammae*, redoble sus antiguas cantinelas arimandote de nuevo al pecho. (El infinitivo *lallare* es el complemento directo del verbo, como si dijera: *antiquum lallum*. Esta palabra explica las voces *la*, *la*, que usan las amas de cría para adormecer á los niños. Entre *ubera* y *mammae* hay la diferencia de que el primero se aplica indistintamente á racionales é irracionales; el segundo sólo á los racionales.)

5. *Aries iste*, etc., ese ariete de la piedad con que se combate la fe. (Metáfora.)

6. *Tunc maxime oppugnaris, si nescis te oppugnari*, nunca eres más combatido que cuando ignoras que te se combate. (*Tunc*.... *si*.... Hubiera podido decir igualmente *tum* en el primer miembro, *quum* en el segundo.)

nāri nescis. Adversarius noster, tamquam leo rugiens, aliquem devorare quærens <sup>1</sup>, circumit; et tu pacem putas? Sedet in insidiis cum divitibus, ut in occultis interficiat innocentem; oculus ejus in pauperem respiciunt, insidiatur in occulto, sicut leo in spelunca sua, insidiatur ut rapiat pauperem: et tu, frondosæ arboris tectus umbraculo molles somnos, futurus præda, carpis? <sup>2</sup> Inde me persequitur luxuria, inde avaritia conatur irrumpere; inde venter meus vult mihi Deus esse pro Christo: compellit libido, ut habitantem in me Spiritum Sanctum fugem, ut templum ejus violem. Persequitur, inquam, me hostis, cui nomina mille, nocendi artes: et ego infelix, victorem me putabo, dum capior? Nolo, frater charissime, examinato pondere delictorum, minorâ credas idololatriæ crimina esse, quæ diximus. Imò Apostoli discite sententiam, qui ait: "Hoc enim scitote <sup>3</sup>, intelligentes, quia omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, aut fraudator, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi, et Dei.", Et quamquam <sup>4</sup> generaliter adversum Deum sapiat, quidquid diaboli est, et quod diaboli est, idolatria sit, cui omnia idola mancipantur; tamen et in alio loco speciâtim, nominatimque, determinatè, dicens: "Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, deponentes fornicationem, immunditiam, et concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ

1. *Quærens devorare aliquem*, buscando á quien devorar. (En esta locución hay un grecismo. Más conforme hubiera sido al genio de la sintaxis latina decir *quærens quem devoret*.)

2. *Carpis molles somnos futurus præda?* te entregas al blando sueño para ser, ó expuesto á ser presa de tu enemigo? (El sentido del participio *futurus* no designa intención, ni es rigurosamente final; más bien es hipotético, indicando la posibilidad de que se cumpla lo que dice, supuesta la realización de lo que manifiesta el otro verbo. En castellano empleamos algunas veces el infinitivo ó subjuntivo con la preposición *para* en un sentido análogo, como se vé por la traducción de esta misma frase.)

3. *Scitote, intelligente, quia*, sabed, tened entendido que... (*Scitote*, segunda forma del imperativo. Vid. not. 6, pág. 14. El *quia* subordinado á *scitote* es de baja latinidad. El genio de la lengua pedía más bien el segundo verbo en infinitivo.)

4. *Et quamquam*, etc., y aunque es contra Dios todo lo que, etc. (La conjunción *quamquam* se construye más ordinariamente con indicativo que con subjuntivo; pero es indispensable usar de este último modo cuando el *quamquam* depende de otra oración subordinada, como en el siguiente ejemplo: *Ita nobis accidit, ut, quamquam, essent multò magis alia lugenda, tamen hoc doleremus, quod*, etc.) Cic.)

sunt idolorum servitus, propter quæ venit ira Dei in filios diffidentia.

Non est tantum in eo servitus idoli, si quis <sup>1</sup> duobus digitulis <sup>2</sup>, thura in bustum aræ jaciât, aut haustum puteræ poculo fundat <sup>3</sup> merum. Neget avaritiam esse idololatriam, qui potest triginta argenteis Dominum venditum appellare justitiam. Neget sacrilegium in libidine: sed is, qui membra Christi, et hostiam vivam, placentem Deo, cum publicarum libidinum victimis, nefaria colluviõne <sup>4</sup> violavit. Non fateatur fraudem idololatriam esse, sed similis eorum, qui in Actibus Apostolorum ex patrimonio suo partem pretii servant, presentem periere vindicta. Animadvertite, frater: non tibi licet de tuis quidquam habere rebus. "Omnis (inquit Dominus) qui non renuntiaverit cunctis, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.", Cur timido animo Christianus es? Respice Petro relictum rete. Respice surgentem de Telonio Publicanum statim Apostolum. Filius hominis non habet ubi caput reclinet <sup>5</sup>, et tu amplas porticus, et ingentia tectorum spatia metiris? Hereditatem exspectans sæculi, cohæres Christi esse non poteris. Interpretare vocabulum *Monachi*: hoc est nomen tuum. Quid facis in turba, qui solus es? Et hoc ego, non integris rate, vel mercibus <sup>6</sup>,

1. *Servitus idoli non est tantum in eo, si quis*, etc. No consiste solamente la esclavitud de la idolatría en que uno, etc. (Los demostrativos *hoc, id, illud*, sirven muy frecuentemente de apoyo á la proposición segunda en que interviene el relativo *qui* ó *quis*, *ut* ó *quod*, en cuyo caso no hay necesidad de traducir aquellos. El *in eo* de esta frase prepara el *si quis* siguiente, como si dijera: *non est in eo, nimirum, si quis*, etc. Vid. not. 2, pág. 56.)

2. *Duobus digitulis*, con los dos dedos. (*Digitulus*, diminutivo de *digitus*. Usa de esta expresión el Santo aludiendo á la veneración y respeto con que se acercaban los idólatras al altar.)

3. *Fundat merum*, etc. (Alude á la costumbre que había en los sacrificios gentílicos de gustar el vino el sacerdote y los presentes, derramando el resto sobre la víctima, á lo cual llamaban *libatio*.)

4. *Nefaria colluviõne*, en sacrilega mezcla.

5. *Ubi reclinet caput*, donde reclinar su cabeza. (Falta el sustantivo *locum*, complemento del verbo principal, y antecedente en que se apoya *ubi*. Este sustantivo, así como también *tempus* y *ocasio*, suelen omitirse cuando la proposición siguiente empieza por las palabras *ubi* ó *quando*.)

6. *Non integris rate, vel mercibus*, no ya salva la nave ó el cargamento. (El adjetivo *integris* se refiere igualmente á *rate* y á *mercibus*. Todo este pasaje es alegórico: es decir, una continuación de metáforas, cuyas imágenes están derivadas todas de un mismo principio, que es la marina.)

nec quasi ignarus fluctuum prae-moneo, sed quasi nuper naufragio ejectus in littus, doctus nauta<sup>1</sup>, tímida navigatūris voce denuntio. In illo aestu Charybdis luxuriæ<sup>2</sup> salutem vorat: ibi ore virgineo<sup>3</sup>, ad pudicitiae perpetranda naufragia, Scylla, ceu renidens<sup>4</sup>, libido blanditur. Hic barbārum litus, hic diabōlus pirāta, cum sociis portat vincūla capiendis. Nolite credere, nolite esse secūri. Licet in modum stagni fusum æquor arrideat, licet vix<sup>5</sup> summa jacentis elementi spiritu terga crispentur; magnos hic campus montes habet: intus inclūsum est pericūlum, intus est hostis. Expedite rudentes<sup>6</sup>, vela suspendite. Crux antennæ figatur in frontibus. Tranquillitas ista tempestas est. Sed forsitan dictūrus es: Quid ergo? quicumque in civitate sunt, christiāni non sunt? Non est tibi eādem causa, quæ cetēris. Dominum ausculta dicentem: "Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua, et da pauperibus, et veni, sequere me.,". Tu autem perfectum te fore pollicitus es: nam cum derelictā militiā te castrasti propter Regna cœlōrum, quid

1. *Doctus nauta*, escarmentado navegante. (*Nauta*, caso de aposición en concordancia con el sujeto *ego*.)

2. *Charybdis luxuriæ*, el Caribdis de la lujuria. (Llaman *Caribdis* los poetas un abismo del mar de Sicilia, enfrente de los peñascos de *Escila*, sumamente peligroso para las embarcaciones. Tan próximo; estaban estos dos abismos, que para salvarse era preciso bogar directamente por el medio; porque, alejándose del uno, había peligro de caer en el otro. De aquí el dicho: "*Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.*",. Llama el Santo *Caribdis* a la lujuria, para designar que es un escollo peligrosísimo, donde sin una suma precaución es infalible el naufragio.)

3. *Ore virgineo*. (Alude a la fábula que supone que *Escila* era una hija de Forco y de la ninfa *Creteide*, convertida en escollo por la diosa Circe.)

4. *Ceu renidens*, como sonriendo. (*Ceu* es una palabra de que no usan en la prosa los escritores de la época clásica. Aquí, sin embargo, no debe tacharse, por ser todo este pasaje eminentemente poético. *Ceu* está formado de la partícula demostrativa *ce* y la conjunción *ve*, como *seu* de *sive neu*, de *neve*.)

5. *Licet vix* etc. Aun cuando apenas rice el viento la superficie de las aguas. (La palabra *spiritus* en su sentido recto significa el espíritu, substancia inmaterial. En los poetas es muy frecuente hallarla en significación de *viento suave* ó *brisa*, como la usa el Santo en este pasaje, que, aunque escrito en prosa, está lleno de poesía. *Summa terga* llama a la superficie del mar, y *elementum jacens* a las aguas. Esto, que es bellissimo en el magnífico cuadro que aquí presenta, sería ridículo y afectado en una situación menos poética.)

6. *Expedite rudentes*, etc., soltad las amarras, haceos a la vela.

aliud, quam perfectam sequutus es vitam? Perfectus autem servus Christi nihil præter Christum habet, aut si quid præter Christum habet, perfectus non est; et si perfectus non est, quum se perfectum fore Deo pollicitus sit, ante Deum mentitus est. Os autem, quod mentitur, occidit animam. Igitur, ut concludam, si perfectus es, cur bona paterna desideras? Dominum fefellisti, si perfectus non es. Divinis Evangelium vocibus consonat: "Non potestis duobus dominis servire.,": et audet quisquam<sup>1</sup> mendacem Christum facere, mammonæ et Domino serviendo? Vociferatur ille sæpè: "Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.,": et ego onustus auro arbitror me Christum sequi? Qui dicit se in Christum credere, debet quo modo ille ambulavit, et ipse ambulare. Quod si nihil habes (ut te responsurum scio), cur tam bene paratus ad bella, non militas? Nisi fortè<sup>2</sup> in patria tua te arbitraris hoc facere, cum in sua Dominus signa non fecerit. Et cur id? Cum auctoritate sume rationem: "Nemo Propheta in patria sua honorem habet.,". Non quero (inquies) honorem: sufficit mihi conscientia mea. Neque Dominus quærebat<sup>3</sup>, quippe qui, ne a turbis Rex constitueretur, aufugit<sup>4</sup>. Sed ubi honor non est, ibi contemptus est: ubi contemptus, ibi frequens injuria. Ubi autem injuria, ibi est indignatio. Ubi indignatio, ibi quies nulla. Ubi quies non est, ibi mens a proposito sæpè deducitur<sup>5</sup>. Ubi autem per inquietudinem aliquid aufertur ex studio, minus fit ab eo, quod tollitur. Et ubi minus est, perfectum non potest dici. Ex

1. *Et audet quisquam?*..., ¿y habrá quien se atreva?..

2. *Nisi fortè*..., si ya no es que... (La conjunción *nisi* envuelve a veces una ironía de mucha gracia, especialmente cuando está seguida del adverbio *fortè*, como sucede aquí.)

3. *Neque Dominus quærebat* -honorem-, tampoco le buscaba el Señor. (Cuando la conjunción *neque* empieza la sentencia, contraponiendo las ideas, sirve para redarguir, y corresponde exactamente a nuestro adverbio modal *tampoco*.)

4. *Quipe qui aufugit*, pues que huyó. (Mejor diría acaso *aufugerit* en subjuntivo. Por lo menos éste es el modo que prefieren los clásicos en locuciones como ésta. El relativo tiene muchas veces fuerza de conjunción causal, y equivale a *quum*, en cuyo sentido suelen precederle las palabras *ut*, *ut pote*, ó *quippe*; *qui aufugerit*, *quum aufugerit*, *ut qui aufugerit*, *ut pote qui aufugerit*, *quippe qui aufugerit*. *Aufugere* es huir con cierta precaución, como recatándose de ser visto: es lo que llamamos vulgarmente *escurrirse a otra parte*.)

5. *Deducitur sæpè*, frecuentemente se desvía.

hac supputatiōe illa summa nascitur <sup>1</sup>, monāchum perfectum in patria sua esse non posse; perfectum autem esse nolle, delinquere est. Sed de hoc gradu pulsus, provocābis ad clericos <sup>2</sup>. An de his aliquid audeam dicere, qui certē in suis urbibus commorantur? Absit, ut de his quidquam sinistrum loquar <sup>3</sup>, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro <sup>4</sup> conficiunt, per quos et nos christiāni sumus. Qui claves Regni Caelōrum habentes, quodammodo <sup>5</sup> ante iudicii diem iudicant, qui Sponsam Domini sobria castitate conservant. Sed alia <sup>6</sup> (ut antē perstrinxi) Monachōrum est causa, alia Clericōrum. Clerici pascunt oves; ego pascor: illi de altāri vivunt; mihi, quasi infructuosae arbōri, securis ponitur ad radicem, si minus ad altāre non defero. Nec possum obtendere paupertatem <sup>7</sup>, cum in Evangelio anum viduam duo (quae sola sibi supererant) era mittentem in gazophylacium laudaverit Dominus: mihi ante presbyterum sedere non licet; illi, si peccavero, licet tradere me Satānā in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu.

Et in vetēri quidem lege quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut, gladio cervice subjecta, contemptum expiabat cruore <sup>8</sup>. Nunc verō inobediens spirituāli mucrone truncatur, aut ejectus de Ecclesia,

1. *Illa summa nascitur ex hac supputatione*, de estos antecedentes nace la siguiente consecuencia.

2. *Sed pulsus de hoc gradu, provocabis ad clericos*, pero vencido en este terreno, te escudarás con los clérigos.

3. *Absit ut loquar de his quidquam sinistrum*, no permita el cielo que diga yo nada en contra de ellos. (*Absit* de *absum*, compuesto de *sum*, estar ausente, distar, toma la significación con que le hemos traducido, cuando se usa como unipersonal en el presente de subjuntivo. En los demás tiempos nunca tiene esta acepción. *Quidquam* está sustantivado.)

4. *Sacro*, en el sacrificio de la Misa.

5. *Quodammodo*, en cierto modo, hasta cierto punto.

6. *Sed alia est*, etc., pero no es lo mismo el estado de los monjes que el de los clérigos. (*Alius*, repetido en dos proposiciones contrapuestas, se traduce del modo que hemos visto, ó de otro equivalente: *Aliud est maledicere, aliud accusare*,... Cic. Una cosa es decir mal de uno, y otra acusarle:—No es lo mismo decir ó hablar mal de uno, que acusarle:—Hay grandiferencia entre hablar mal de uno y acusarle, etc.)

7. *Obtendere paupertatem*, excusarme con mi pobreza.

8. *Cruore*, con su sangre. (*Cruor* es la sangre vertida ó derramada, á diferencia de *sanguis*, que es según circula por las venas.)

rabido dæmōnum ore discernitur. Quod si te quoque ad eundem ordinem pia fratrum blandimenta sollicitant, gaudebo de ascensu, timēbo de lapsu. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Scimus ista, sed iunge quod sequitur: "Oportet autem huiusmodi irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, pudicum, prudentem, ornatum, hospitalem, docibilem <sup>1</sup>, non vinolentum, non percussorem, sed modestum... Et cæteris quæ de eo sequuntur, explicitis, non minorem in tertio gradu adhibuit diligentiam, dicens: "Diacōnos similiter pudicos, non bilingues <sup>2</sup>, non multo vino deditos, non turpilucros <sup>3</sup>, habentes mysterium Fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primū, et sic ministrent nullum crimen habentes... Væ illi homini <sup>4</sup>, qui vestem non habens nuptialem, ingreditur ad cœnam. Nihil superest, nisi ut statim audiat: "Amice, quomodo huc intrasti?," Et illo obmutescente <sup>5</sup>, dicatur ministris: "Tollite illum ligatis manibus, et pedibus, et mittite eum in tenebras exteriores, ubi erit fletus et stridor dentium... Væ illi, qui acceptum talentum in sudario ligans, cæteris lucra facientibus, id tantum, quod accepserat, reservavit! Illico indignantis Domini responsione et clamore ferietur: "Serve nequam <sup>6</sup>; quare non de-

1. *Docibilem*, dócil. (Palabra usada únicamente por autores eclesiásticos. San Jerónimo, como buen latino, hubiera dicho *docilem*; pero en este lugar cita textualmente un pasaje de la Escritura.)

2. *Bilingues*, engañosos. (*Bilinguis*, adjetivo compuesto del adverbio *bis*, dos veces, y *lingua*, la lengua, significa en su sentido recto el que habla dos lenguas; pero se aplica metafóricamente al engañoso ó disimulado, de quien se dice que tiene dos lenguas, como de un hombre falso que tiene dos caras.)

3. *Turpilucros*, dados al torpe lucro. (Este abjetivo, compuesto de *turpis* y *lucrum*, no se halla tal vez en ninguno de los clásicos. En Plauto se lee *turpilucricupidus*, palabra compuesta de tres distintos elementos.)

4. *Væ illi homini*... ¡ay de aquel hombre!... (Si analizamos gramaticalmente estas palabras, hallaremos que el dativo sirve de complemento á *imminet* oculto, ú otro equivalente, como si dijera: ¡væ! supplicium imminet *illi homini*, etc. Las interjecciones forman por sí solas una oración elíptica; y los casos á que se juntan deben ser considerados como partes de otra proposición.)

5. *Et illo obmutescente*, y quedándose cortado, sin tener qué responder.

6. *Serve nequam*, siervo inútil. (*Nequam*, indeclinable, forma el comparativo *nequior*, y el superlativo *nequissimus*. Tiene dos significaciones: unas veces designa un hombre malo, sensual y perverso;

disti pecuniam meam ad mensam, et ego veniens cum usuris exegissem eam? Id est, deposuisses ad altare, quod ferre non poteras. Dum enim tu, ignavus negotiator, denarium tenes, alterius locum, qui pecuniam duplicare poterat, occupasti. Quamobrem, sicuti qui bene ministrat, bonum gradum sibi acquirit<sup>1</sup>; ita, qui indignè ad calicem Domini accedit, reus erit Domini Corporis et Sanguinis. Non omnes episcopi, episcopi sunt. Attendis Petrum, sed et Judam considera. Stephanum suspicis, sed et Nicolaum respice, quem Dominus in Apocalypsi sua damnat sententia. Qui tam turpia et nefanda commentus est<sup>2</sup>, ut Nicolaitarum haeresis ex illa radice nascatur. Probet se unusquisque, et sic accedat. Non facit ecclesiastica dignitas christianum. Cornelius Centurio, adhuc ethnicus, dono Sancti Spiritus mundatur. Presbyteros Daniel puer<sup>3</sup> iudicat. Amos ruborum mora<sup>4</sup> distinguens, repente propheta effectus est. David, pastor, eligitur in regem<sup>5</sup>. Minimum discipulum Jesus amat plurimum. Inferius, frater, accumbere<sup>6</sup>, ut, minore adveniente, sursum jubearis ascendere. Super quem Dominus requiescit, nisi super humilem<sup>7</sup>, et quietum, et trementem verba

otras un inútil, que para nada vale. En el último sentido parece le emplea el Santo en este lugar.)

1. *Acquirit sibi bonum gradum*, se conquista un buen puesto.
2. *Commentus est tam turpia et nefanda*, inventó delirios tan torpes y nefandos... (*Commisceri* es inventar, hallar con la imaginación. *Turpia*, se dice de las cosas torpes, obscenas, indecentes: *nefanda*, de aquellas de que no se puede hablar sin empacho. Este último es compuesto de *fandus* del verbo poético *fari*, hablar; de modo que *nefanda* viene á ser lo mismo que *non fanda*, indignas de decirse.)
3. *Puer*, aun siendo un niño. (*Puer*, caso de aposición con *Daniel* forma una oración elíptica, como si dijera: *Daniel cum adhuc esset puer*, etc.)
4. *Mora ruborum*, las moras de las zarzas.
5. *Eligitur in regem*, es elegido para rey. (Sería lo mismo *eligitur rex*? no: la transición del un estado al otro es momentánea del segundo modo; no así del primero: *eligitur rex*, es elegido por rey, para que desde luego empuñe el cetro: *eligitur in regem*, para que en su día ocupe el trono.)
6. *Accumbere inferius*, siéntate el último. (*Accumbere*,—*cubare ad*,—significa propiamente sentarse á la mesa. Deriva esta significación de la costumbre que tenían los antiguos de comer estribando sobre el codo—*cubitus*—en unos sitios, recostados sobre almohadas, y la mitad del cuerpo tendido.)
7. *Super humilem*, sobre el humilde. (Hubiera dicho mejor *super*

sua? Cui plus creditur, plus ab eo exigitur<sup>1</sup>. Potentes potenter tormenta patientur.

Nec sibi quisquam de corporis tantum mundi castitate supplaudat<sup>2</sup>; cum omne verbum otiosum, quodcumque loquuti fuerint homines, reddituri sint de eo rationem in die iudicii; cum etiam convicium in fratrem homicidii sit reatus. Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri, jam cum Christo regnantium, ne forte veniat angelus, qui scindat velum templi tui, qui candelabrum tuum de loco moveat. Aedificaturus turrim, futuri operis sumptus suppota<sup>3</sup>. Infatuatum sal ad nihil est utile, nisi ut projiciatur foras, et a porcis conculetur. Monachus si ceciderit, rogabit pro eo sacerdos; pro sacerdotis lapsu quis rogaturus est? Sed quoniam e scopulis locis enavigavit oratio, et inter canas spumeis fluctibus cautes, fragilis in altum cymba processit; pandenda vela sunt ventis, et quaestionum scopulis transvadatis, latantium more nautarum epilogi celeuma<sup>4</sup> cantandum est. O desertum Christi floribus vernans!<sup>5</sup> O solitudo in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi civitas magni regis exstruitur! O eremus familiaribus Deo gaudens!<sup>6</sup> Quid agis, frater, in saeculo, qui major es<sup>7</sup> mun-

modestum. La palabra *humilis*, es, si, latina, pero no en el sentido que aqui se usa, sino en significación de *bajo*, *débil*, etc., por contraposición á *excelsus*.)

1. *Plus exigitur ab eo, cui plus creditur*, el que más recibe, mayor cuenta tiene que dar.
2. *Nec quisquam supplaudat sibi*, nadie se lisonjee interiormente. (Dos cosas deben notarse en esta locución: el determinativo *quisquam*, precedido de *nec*, vale tanto como *nemo*. *Supplaudare*,—*plaudere sub*,—significa aplaudir por lo bajo, interior, tácitamente. Tal es la fuerza de la preposición *sub* en composición. Así, *succumbere* es caer bajo la carga, *subridere*, sonreír; *subrepere*, introducirse insensiblemente; *subviridis*, casi verde, etc.)
3. *Supputa sumptus*, calcula el coste.
4. *Celeuma ó celeusma*, es el cántico con que se animan los marineros á la maniobra.
5. *O desertum vernans floribus Christi!* ¡oh desierto, donde brotan las flores de Cristo!
6. *Gaudens familiaribus Deo*, que se alegra con los amigos de Dios. (*Deo* es dativo, complemento de *familiaribus*; éste es ablativo, complemento de *gaudens*.)
7. *Qui major es mundo?*, siendo mayor que el mundo? (El relativo en esta frase equivale á *quum* ó *cum*, como si dijera: *quum sis major mundo?* Vid. not. 5, pág. 43.)

do? Quandiu te tectōrum umbræ premunt? quandiu formosārum urbium carcer inclūdit? <sup>1</sup> Crede mihi, nescio quid plus lucis aspicio. Libet, sarcina corpōris abjecta, ad purum æthēris evolāre fulgōrem. Paupertātem times? Sed beātos Christus paupēres appellat. Labōre terrēris? At nemo athlēta sinē sudōre coronātur. De cibo cogitas? Sed fides famem non timet. Super nudam metuis humum exēsa <sup>2</sup> jejuniis membra collidēre? Sed Dominus tecum jacet. Squallidī capitis horret inculca cæsaries? Sed caput tuum Christus est. Infinita erēmi vastitas te terret? Sed tu Paradīsum mente deambūla. Quotiescumque illuc cogitatōne conscendēris, toties in erēmo non eris. Scabra sinē balneis attrahitur cutis <sup>3</sup>; sed qui in Christo semel lotus est, non illi necesse est itērum lavāre. Et ut breviter ad cuncta audias Apostōlum respondentem: "Non sunt, inquit, condignæ passiōnes hujus sæcūli ad superventūram gloriam, que revelabitur in nobis,.. Delicātus es, frater, si et hic vis gaudēre cum sæcūlo, et postea regnāre cum Christo. Veniet, veniet illa dies, qua corruptivum hoc et mortale <sup>4</sup> incorruptiōnem induat, et immortalitatem. Beātus servus, quem Dominus invenērit vigilantem. Tunc ad vocem tubæ pavēbit terra cum popūlis, et tu gaudēbis. Judicatūro Domino, lugūbrē mundus immugiet, et tribus ad tribum pectōra ferient. Potentissimi quondam reges nudo latēre palpitābunt. Exhibebitur cum prole sua verē tunc ignitus Jupiter: adducētur et cum suis stultus Plato discipūlis. Aristotēlis argumenta non prodērunt. Tunc tu, rusticānus et pauper, exultābis, et ridēbis. et dices: "Ecce cru-

1. *Quandiu carcer formosarum urbium te includit?* ¿cómo es que todavía vives prisionero en la cárcel de las hermosas ciudades? (Nótese que el verbo está en presente, *includit*; si empleara el futuro, *includet*, significaría *hasta cuando has de vivir?*, etc. Por poco que se pare la atención, se observará que la primera pregunta envuelve una idea que no hay en la segunda: "*Hasta cuándo me estarás engañando.*" Esto lo decimos á un hombre que nos es infiel, reconviéndole por su perfidia, pero independientemente de toda esperanza de arrepentimiento: "*¿Cómo es que todavía me engañas?*", esto expresa más enérgicamente la extrañeza, suponiendo que teníamos alguna razón ó motivo para esperar la enmienda del desleal.)

2. *Exesa*, consumidos, extenuados.

3. *Cutis attrahitur scabra*, el cutis está áspero.

4. *Corruptivum hoc corpus et mortale*, este cuerpo corruptible y mortal. (Mejor diría acaso *corruptibile*, puesto que *corruptivum* más bien es lo que tiene fuerza ó virtud de corromper, que capacidad de corromperse.)

cifixus Deus meus: ecce judex, qui obvolūtus pannis, in præsepio vagiit <sup>1</sup>. Hic est ille, operarii et quæstuariæ filius: hic, qui matris gastātus sinu <sup>2</sup>, hominem Deus fugit in Ægyptum <sup>3</sup>: hic vestitus coccino, hic sentibus coronātus: hic magus, dæmonium habens, et Samarites. Cerne manus <sup>4</sup>, Judæe, quas fixēras: cerne latus, Romāne, quod fodēras. Vidēte corpus au idem sit, quod dicebātis, clam nocte sustulisse discipūlos,..—Dilectio tua <sup>5</sup> me compūlit, ut hæc tibi, frater, dicērem, ut his tunc interesse contingat, pro quibus nunc labor durus est.

1. *Vagiit in præsepio*, lloró en un pesebre. (Este verbo está empleado con exquisita propiedad: *Vagire* designa rigurosamente el lloro de los niños, de donde la palabra castellana *vagido*.)

2. *Gastatus sinu matris*, llevado en el seno de su madre. (Con no menor propiedad está usado este participio. *Gerere* en su rigurosa acepción es *llevar á la vista*, de quien es frecuentativo *gestare*.)

3. *Deus fugit hominem in Ægyptum*, siendo todo un Dios, pasó al Egipto, huyendo de un hombre. (El sujeto de la proposición no es *Deus*, sino el *hic* indeterminado que viene obrando en el discurso. *Deus* es un caso de aposición, que forma una oración elíptica, como si dijera: *qui cum esset Deus, fugit, etc.*)

4. *Cerne manus, quas fixeras*, repara en las manos que clavaste. (*Cernere* es *mirar* distinguiendo lo que se mira; á diferencia de *aspicere*, mirar simplemente, y *videre*, ver, percibir por la vista.)

5. *Dilectio tua*, el amor que te profeso. (El posesivo *tua* se toma aquí pasivamente, lo mismo que si dijera *dilectio tui*. *Dilectio* es el amor que nace de la reflexión ó juicio; amor, el que se funda en el afecto. Esta simple indicación basta para dar á conocer el fino discernimiento con que emplea el Santo en este pasaje el sustantivo *dilectio*.)